

Stephanus Bathor quietat Regem
de soluto ei residuo Dotis post uxo-
rem suam Zophiam Ducissam et Ma-
sowie.

25

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis
memorie commendamus tenore presentium.
Significamus quibus expedit universis.
Quia egregius dominus Franciscus de Pe-
wa personalis presentie Regie Maiesta-
tis in iudiciis locum tenens unus exequu-
torum Testamentarie dispositionis specta-
bilis et Magnifici quondam domini Ste-
phani de Bathor Palatini huius Regni
Hungarie et Regi locum tenentis etc.
coram nobis personaliter constitutus spon-
te et libere, ac deliberato animo fassus
est et recognovit in hunc modum. Quia
residuam dotis illustris et Magnificus
dominus Zophia Ducis Masovie etc. mo-
rati quondam domini Stephani de Bathor
Palatini per illustres olim dominos Sta-
nislauum et Janusium Duces Masovie
dictus dominus Zophia Palatina fratres
germanos obligatum et retentum videli-
cet quinque millia aureorum Hungari-
calium boni et iusti ponderis: mille viven-
te adhuc domino Palatino sepe dicto, in
manus ejusdem domini Palatini, et qua-
tuor millia in manus ipsius domini Fran-
cisci

cisci de Peva ac Dominorum Andmi
in Christo Patrio, et Domini Thome E-
piscopi Agriensis Cancellarii Regie Ma-
jestatis, necnon Magnifici domini Comi-
tis Alexii Thurzo de Bethlonffalwa ju-
dicis curie ejusdem Majestatis Regie
tutorum. Item venerabilis Domini Al-
berti de Pereg propositi Ecclesie Quing-
kalien, et Egregii Joannis Honvad de
Ugod similiter exequutorum. predicto
Testamentariæ dispositionis dicti quondam
domini Stephani Palatini post obitum
ejusdem, Ab Serenissimo Principe et do-
mino domino Sigismundo Dei gratia Re-
ge Poloniae, Magna Duce Lithuaniae,
Rusie, totius Prusie, Masovieq' etc.
domino et hærede data numerata, et so-
luta, ac ab ipsis modo prefato levata et
accepta sunt realiter et cum effectu. De
quibus quidem quinque millibus auro-
rum (sic ut manifestum est ejusdem Pala-
tini tutoribus et exequutoribus datis
numeratis et solutis prefatum Serenissi-
mum Principem Dominum, Dominum
Sigismundum Dei gratia Regem Poloniae etc.
ejusque Majestatis Successores nomine
turis Spectabilis virginis et matris filie
prefatorum dominorum Stephani Palatini
et Lophie Ducis et Palatine coram nobis
quieavit, absolvit et libenum dimisit perpetue
et in ævum

et in eorum, literasque predictorum Domi-
 norum olim Stanislai et Januarii Du-
 cum Masoviae super eodem quinque mil-
 lium aureorum residuo dotis debito do-
 mino olim Palatino pro cautela, securi-
 tate, et fide datas, cum adverso quodam
 casu perditæ asserantur, neque ulla earum
 copia haberi possit, ut prefato Serenis-
 simo Domino Sigismundo Regi ad pra-
 cludendam omnem insecuritytem in poste-
 rum restituantur, coram nobis capavit,
 annullavit, illisque pro parte heredum et
 successorum Domini olim Stefani Palatini
 penitus renunciavit et cessit volens et decla-
 rans illarum vigorem et contineri tam fi-
 liam, quam alios successores et heredes
 quoscunque dicti olim Palatini relevari
 et juvari non posse, neque illas dicto Se-
 renissimo Principi Domino, Domino Sigi-
 smundo Regi Poloniae etc. ejusque Maie-
 statis Successoribus, uti Ducatus Masoviae
 heredibus et possessoribus prejudicium ullum
 facere, debere, aut de jure posse, ut pote
 in toto capatas, et annullatas, ac suum debi-
 tum effectum sortitas. In quorum omnium
 fidem et sufficientis testimonium praesentes
 literas nostras Privilegiales Autentici Sigilli
 nostri munimine roboratas prefato Sere-
 nissimo domino Sigismundo Regi Poloniae
 et suis Successoribus superinde duximus
 concedendum. Dato. Sabbatho proximo post festum
 S. Michaelis Arch: Anno Dni millesimo quingenta-
 tesimo

tesimo tricesimo.

Takopia macedoniana z Gygina du parganinov
wego d. 21. elia. 1788. 7^e ultorego ladney
nie msh picarcei.